



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Sollicitantium à fide Romanæ Ecclesiæ, & sollicitantibus obedientium  
periculum. tit. 288

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

ab obedientia Moysis, hiatu terræ puniti sunt, Num. 16. Tertiò, hoc peccatum schismatis iterum spoliat gratijs & donis acceptis in Baptismo, sicuti seruo nequam Mat. 18. contigit, cui redierunt omnia peccata sua & debita iam dimissa. Quartò, priuat regno cœlorum, Gal. 5. Sectę regnum Dei non consequentur. I. dedò dixit Aug. Epist. 165. & si angelus de cœlo veniret & præciperet acceptare partes Donati, anathema esset suscipere &c. Væ igitur illis prædicatoribus & sectarum solicatoribus, qui à fide, vnitare & obedientia Ecclesię seducunt simpliciores & catholicos, vel per conuicia aut blandimenta, aut per aliquam conditionem compaternitatis, matrimonij &c. scilicet, si faciunt in eum finem, vt faciant eos declinare vnitatem Ecclesię. &c. Cypr. lib. 1. Epistolar. Epist. 1. Sic ut lupo circumit ouile, vt ouem de grege rapiat, & accipiter pullum gallinæ sub alis: Sic est studium omnium hæreticorum, rapere & separare homines à catholica vnitare & obedientia Romanę Ecclesię. Christus venit facere vnum ouile, Ioan. 10. At hæretici laborant, vt laceretur ouile, & oues dispergantur, & sic est diabolicum, &c.

*SOLICITANTIVM A FIDE  
Romanę Ecclesię, & sollicitantibus obedientium, periculum.*

TITVLVS CCLXXXVIII.

**P**rimò, plerique non putant peccatum, homines ad sectam trahere à fide & vnitare Ecclesię: sed satis ostendunt exempla scripturæ, & pericula, ac punitio ciuitatum & regionum, hoc peccatū esse grauissimum. & primò dicit Deus Deut. 11. Cauete, ne capiatur cor vestrum, vt declinetis à via & fide recta, & seruiatis dijs, & adoretis illos, & iratus claudam cœlum, &c. Ex quo patet, vndè venit fames, caristia, &



riffia, & frugū defectus, quia obedimus sollicitanti-  
bus & cæ. Subindè testatur Num. 14. & 16. scriptura,  
quantum Deus puniuit defectum ab obedientia Moy-  
sis, quandò populus vult redire in Aegyptum, primò  
priuatur accessu seu ingressu terræ sanctæ, alioqui  
promissè. De sexcentis enim millib. duo tantum in-  
trant, scilicet Iosue & Caleb, Num. 14. Igne comburū-  
tur nonnulli in illorum thurificatione, nonnulli hia-  
tu terræ & pessima morte occiduntur. Num. 16. Maria  
soror Moysis, locuta contra fratrem, nitens subtrahe-  
re populum ab obedientia, lepra percutitur, Num. 12  
post adorationem vituli, Ex. 32. penè 23 millia occi-  
duntur, & hodiè vndè puras venit tanta strages homi-  
nū in bellis, nisi quia accedimus à fide Rō. Ecclesiæ.

Num. 25. legitur, quomodo mulieres & filia Mo-  
ab fecerunt apostatare à fide viros Israël, nēpè si ad-  
orare vellent deos earum, tunc consentire vellent  
cū ipsis in fornicationem, & ita factum est. Principes  
verò, quia vel non prohibuerunt, vel ipsimet etiam  
fornicationem eam exercebant, ideò iubentur sus-  
pendi contra solem, & occiduntur de viris 24. millia.  
& in nouo testamento Christus iubet cauere illos so-  
licitatores, Matt. 24. qui dicent: Ecce hīc est Christus,  
aut illic. Et Paulus Gal. 5. Qui vos conturbat, (à fide  
recta, quam à me audistis) portabit iudicium, (id est,  
damnationem) quicumque est ille. Augustinus con-  
tra literas Petiliani cap. 13. Sathanas ab initio fuit  
homicida, Ioan. 8. quia occidit primum hominem  
Adam, non gladio vim corpori inferendo, sed persua-  
dendo peccatum Gene. 3. & à voluptate Paradisi eij-  
ciendo: sed quod tunc fuit Paradisus, hoc nunc est Ec-  
clesia catholica. Filij ergò diaboli sunt, qui homines  
separant ab Ecclesia, & separando interficiunt. Cy-  
prianus ferm. 5. de lapsis: Cū venerit iudicij dies,  
tunc pueri accusabunt parentes, dicentes: Iustissi-  
me D E V S, nos quid fecimus? patres nostri sunt oc-  
cisores



cifores nostri. Illi nos ab Ecclesia matre & à Deo patre segregârunt. Ecce periculum cogentium filios ad sectam, sed nunquid ad hoc possunt filij? Respondeo, quid possunt ad hoc, quòd in peccato originali concipiuntur, nascuntur, & si non fuerint baptizati, damnantur propter peccatum alienum, id est, originale? sed sectarij, qui à fide recesserunt, nisi ad unitatem Ecclesiæ redierint, damnabuntur, Gal. 5. Sectæ regnum Dei non consequentur.

At dices: Quid de fide Romanæ Ecclesiæ? Credo cum S. Petro, Tu es Christus filius Dei viui, Matth. 17. sufficit mihi. At Ecclesia Romana etiam hoc credit & confitetur, Christum Deum & hominem creatorem & saluatorem. Vbi ergo est periculum? Cypria libr. 1. Epistolar. Epistol. 6. Dathan, Chore & Abiron, cum Moysse & Aaron eundem Deum nouerant: pari lege & religione viuentes, vnum Deum cum illis inuocabant: attamen quoniam schisma excitabant, & ab obedientia Moysis populum trahebant, assumentes sibi sacerdotium, percussi sunt, & cæt. miserabiliter, & nisi poenituerunt corde, æternaliter sunt damnati, & cæt. In eum finem etiam dicit Augustinus libr. 4. contra Donatistas, cap. 18. Hæreticus extra Ecclesiam constitutus, licet alioqui sit vir bonus, iustus erga homines, & in nullo repræhensibilis vitio, solum, tamen peccatum schismatis facit, vt non saluetur Galat. 5. Sectæ regnum Dei &c. Nec vt opera eius placeant Deo. 1. Corin. 13. Si habuero omnem fidem &c. & quandò illi Donatistæ obijciebant, dicentes: Nos credimus in Christum, subindè habemus & administramus Sacramenta, prædicamus verbum Dei, habemus cæremonias & cultum Dei &c. sufficit nobis & securi sumus in cõscientia: Respondit Epist. 50. et. si omnia habetis, vnum tamen vobis adhuc deest: Nõ habetis vnitatem Spiritus in vinculo pacis, Ephes. 4. In odio viuitis erga nos. At inquit Paulus 1. Cor. 13. Si



13. Si habuero omnem fidem, Quid prodest habere sana-membra, si cor est languidum? Cùm igitur iterùm ad nos declinaueritis, tunc omnia erunt sana & cæt. sic docuerunt S S. patres contra scissuram vnitatis. Magnum ergò est periculum, recedere ab obedientia Romanæ Ecclesiæ.

Secundò, quæ mala secuta sunt Prouincias, postquam se à fide Romanæ Ecclesiæ & obedientia segregarunt, Chronica testantur. Africa optima regio, potens & diues erat in omni fortuna & rerum copia. Sed quandò hæretici Donatistæ sollicitarunt, & populum in suam allexerunt doctrinam ab obedientia Apostolici spiritus, postea non prosperè successit, sed est desolata & deuastata per multa bella & homicidia, donec viueret Cyprianus & Augustinus, retinuerunt populum quantum potuerunt & cæt. Sic Græcia, postquã Arrius fecit populum declinare ab Apostolica sede, quid secutum est? tunc Ecclesiæ Corinthiorũ, Ephesiorum, & penè omnes ciuitates à Hierusalem vsque ad Illyricum, Rom. 15, iam desolatæ sunt fide & Sacramentis. vbi iam Constantinopolis ciuitas illa magna, in qua 1190. annis fides Christi floruit, sed iam à Turca superata propter sectam Arrianam? Vbi Antiochia ciuitas illa egregia, in qua fuerunt 366. templa, plena auro & argento & lapidibus, &c. Quid regnũ Bohemię, Anglię, &c. quando populus fuit sollicitatus à fide Romanę Ecclesię, &c. Summa, Turca subegit duo imperia Trapezuntium & Constantinopolitanũ, vltra 12. regna, & plures quàm 800 insignes vrbes &c. Tantę clades secutę sunt, quia crederunt hæreticis & sollicitatoribus ab obedientia Romanę Ecclesię, ideò hoc peccatum sic puniuit Deus, & hodie non cessabit punire, attamen conseruabit suam Ecclesiã vsq; ad finem, eò quòd non preualebunt portæ inferni, Matt. 16. & Christus rogauit pro fide Petri, Luc. 22. ne deficiat. quo fit, vt quã diu



diu quis maneat sub obedientia Apostolicæ Sedis in fide aut nauicula Petri, non deficiet. Securi sunt catholici à Turca, Gentibus, sectis varijs. manet vnitas Ecclesiæ catholicæ, deuota ministratio Sacramentorum, & vniformis fides, &c. sed è diuerso, quàm primum fit defectio & auersio à fide & obedientia Petri atque Sedis Apostolicæ, tunc sequentur variæ sectæ, bella, perditio fidei, atq; apostasia. Nam Christus non orauit pro fide sectarum contra Petrum, sed pro fide Petri, &c. ne deficeret: nec enim vnquam præualebunt sectæ, sed fides & confessio Petri, Mat. 16.

*SEQUUNTUR CAUSAE CUR  
a nobis recesserint sectæ urgente conscientia, vt falso prætendant.*

## TITVLVS CCLXXXIX.



Rima est, quia inquirunt, tribuimus operibus effectiuam causam, id est, virtutem & meritum iustificationis, seu remissionis peccatorum & salutis, & nõ passioni & sanguini Christi, sicut faciunt Iudæi, qui iustitia legis solum sunt iusti, & putant mereri remissionem, Rom. 10. Volentes suam iustitiam statuere &c. sed de his ordine dicemus.

*NOS VELLE ESSE IUSTOS  
iustitia legis, non fidei.*

## TITVLVS CCXC.

Causa I.



Sectæ (vt diximus) prætendunt aliquas causas sui recessus à communi & catholica Ecclesia & vnitate, quarum prima est, quòd non sciamus nec doceamus aliã iustitiam, præter legis, sicut Iudæi, hac doceamus hominẽ esse iustum corã Deo. Subinde quòd